



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

Speculum Clericorum ac Sacerdotum ex Iure Canonico & doctrina Caroli  
Borromæi confectum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)



# PARS II.

SPECULUM

## CLERICORVM

AC SACERDOTUM

EX JURE CANONICO,  
& doctrina sancti Caroli Cad. Bor-  
romæi confectum.

### PRÆFATIO.

Sacro - sanctum & OEcumenicum  
Concilium Tridentinum, in Sess.  
12. de Reformation, cap. 1. Statum  
Clericalem in debito officio continere  
desiderans, & in quibus forte defecis-  
seremendare & reducere, ut Christi  
bonus odor sit Deo in omnibus, ut con-  
venit, quæ sequuntur, statuit & decre-  
vit, quæ quidem pro præsentis Speculi  
Clericalis & Sacerdotalis introductio-

ne & proœmio convenientissimo hic syllabatim inserere consultum fuit, cum nihil eo melius, nihil-ve sanctius, aut succulentius ad hoc propositum possit excogitari. Sic igitur sancta Synodus piæ Matris Ecclesiæ ministros Clericales ac Sacerdotes adoritur & exhortatur *Conc. Trid. Sess. 12. c. 1.*

Nihil est quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue instruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim à rebus sæculi in altiolem sublatis locum conspiciantur, in eos, tanquam Speculum, reliqui oculos conjiciunt, exijsque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet omninò Clericos, in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, alijsque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ se ferant: levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quæ maiore in Ecclesia Dei & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda, statuit sancta Synodus,

nodus,

modus, ut quæ aliàs à summis Pontificibus, & à sacris Concilijs de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda: ac simul de luxu, comestrationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscunque criminibus, nec non secularibus negotiis fugiendis copiosè ac salubriter, sansita fuerunt, eadem in posterum iisdem pœnis, vel maioribus, arbitrio Ordinarij imponendis, observentur; nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò exijs in desuetudinem abiisse compererint, ea quam primùm in usum revocari, & ab omnibus accuratè custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscunque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsis condignas, Deo vindice, pœnas persolvant.

---

**LEGES ET REGVLÆ CLERICORVM,**  
*ac Sacerdotum.*

I.

**S**int Clerici memores perpetuò vocationis, qua eos Dominus dignatus

I 5

tus